⁂ AD HENRI-
CVM GALLIAE RE-
gem clariſsimum ac potentiſsimum, cæ-
teróſque Chriſtianæ religionis principes,
Ioachimi Perionij Benedicti-
ni Cormæriaceni in Pe-
trum Aretinum

ORATIO.

Eiuſdem de B. Ioannis qui βαπτίσης dici-
tur laudibus, Oratio.



PARISIIS,
Apud Nicolaum de Guingant: in clauſo Brunello.
1 5 5 1.
Cum priuilegio Regis.

EXTRAICT DV priuilege du Roy.

IL eſt permis à Nicolas de Guingant libraire en l'vniuerſité de Paris, imprimer ou faire imprimer, vendre & diſtribuer vn liure intitulé, Ioachimi Perionij Benedictini Cormœriaceni in Petrum Aretinum Oratio, veu & viſité par la faculté de Theologie audict Paris, iuſques à quatre ans prochainement venans, ſans que à nul autre ſoit loiſible en imprimer ou vendre d'autres que ceulx dudit de Guingant, ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & d'amende arbitraire, comme plus aplain appert par les lettres ſur ce octroyées audict de Guingant.

AD HENRICVM clariſſimum potentiſſimúmque Galliæ regem cæteróſque Reip. Chriſtianæ principes Ioachimi Perionij Benedictini Cormœriaceni in Petrum Aretinum, Oratio.

CVM multa in hominũ vita verſantur Principes, quæ vnicuique noſtrum per ſe chariſsima ſunt, tum Reſpub. ita in hoc genere excellit, vt nemo ſit, qui non illa omnia eius conſeruandæ amplificandæque cauſa libenter atque vltrò omnibus periculis obiicere, ac ſi opus ſit, amittere & velle ſe & debere fateatur. Intelligunt enim omnes, quicquid aut iucũdum ipſis, aut gratum eſt in vita, aut etiam amore ſui mouere eos poteſt, id omne ab illa contineri: eáque ſtan-

te aç florente, ſe, liberos, cõiuges, parentes, nepotes, propinquos, amicos denique incolumes vitam cum dignitate eſſe traducturos: eadem extincta atque iacente, illos omnes ac ſe ipſos nec ſaluos eſſe poſſe, nec priſtinam retinere dignitatem. Itaque permulti inuenti ſunt, qui ſe pro Reipub. cuius ciues erant ſalute ac libertate deuouere, ac in medios hoſtes irrumpere, & ad certa ſupplicia eáq; grauiſsima certámque mortem properare minime dubitauerunt. Quòd ſi conſenſu omnium ſua cuique & patria, & Reſp. in tanto honore eſt ac precio, omnéſq; homines in Remp. eo animo ſe eſſe debere iudicant: certè Reſp. Chriſtiana, quæ communis eſt eorum omnium patria, quos Deus optimus maximus in familiã ſuã aſciuit & quaſi adoptauit, multis

tis atq; adeò infinitis partibus præ-
ſtare exiſtimanda eſt, multóq; plus
apud vnumquemque noſtrum cha
ritate ſua valere debet. Nam ſi ſan-
guis cognatorum, quo quaſi vincu
lo & inter ſe & cum Rep. coniuncti
ſunt, tantum apud eos poteſt, pro-
fectò Chriſti Dei filij ſanguis, quem
noſtræ omnium ſalutis cauſa cum
vita profudit, quò arctius ſanctiúſ-
que eſt vinculum, & illius in nos, &
noſtræ in illum eiúſque Rempub.
quam Eccleſiam maiorum inſtitu-
to Græco nomine appellamus, cha
ritatis, eò & ipſe maiora à nobis of-
ficia poſtulat, & nos pręſtare in con
ſeruanda Reip. dignitate debemus.
Ac maiores quidē noſtros omnes
clariſsimos illos ſapientiſsimóſque
homines, qui nobis præluxerunt, ſi
à primis religionis noſtræ tempo-
ribus repetamus, eo ſemper animo

in Eccleſiam Chriſti, id eſt Chriſtianorum Rempub. fuiſſe reperiemus. Quos enim eos labores ſuſcepiſſe, quot quantáq; vitę pericula adiiſſe, quot quámque acria ſupplicia, crudeliáque mortis genera vltrò appetiuiſſe atque pertuliſſe ſcimus, vt eam fundarent, fundatam amplificarent, amplificatam cõſtituerent? Vos autem ſi minus eũdem in eam animum hæc tempora declarare patiuntur, at certè hoc cogitare debetis, niſi eam quam vobis tot tantíſque laboribus, periculis, ſuppliciis conſtitutam reliquerunt, conſeruetis, non tã illis glorioſum fuiſſe ꝙ talem vobis reliquerũt, quàm vobis turpe futurũ ſit, ſi eam collabi ac labefactari ſinatis. Veſtrum eſt ergo, ne cuiuſquam audacia, perfidia aut ſcelere eius dignitas minuatur aut obſcuretur, prouidere: ac ſi quis id

netur-

conetur, eius audaciæ omnibus opibus obſiſtere. Multos quidem annis ſuperioribus extitiſſe tam nefarios ſcimus, vt omnẽ animi contentionem ad Reip. Chriſtianæ, id eſt Chriſti Eccleſiæ extinguendam delendámque dignitatem afferre non dubitauerint: ſed veſtra omniũ eorúmq; quibus ſucceſsiſtis prudentiſsimorum hominum diligentia perfectum eſt, vt veſtris ſententiis iugulati qui ſe ipſi à bonorum vita, ſermone, conſuetudine ſecreuerint, & ſe contemni, & libris ſuis qui impiorum decretorũ pleni ſint, nullam iam tribui auctoritatẽ atq; adeò ab eorũ lectione omnes coerceri videãt. Nuper autem, id eſt his paucis annis alius extitit multo pniciosior Reip. ciuis, Petrus quidã Aretinus. quem hoc tempore in iudicium veſtrum adduco, vt eò vos

in eũ ſeueriores quò maioribus ſce-
leribus opertus eſt, præbeatis. Eſt e-
nim eiuſmodi vt nõ ſolùm ipſe vi-
tam ab initio ætatis omni flagitiorũ
libidinúmq; genere inquinatam e-
gerit, verum etiã alios ita viuere &
verbis & ſcriptis doceat, détq; præ-
cepta, quibus omnes imbuti aut po
tius infecti, libidinem obſcœniſsi-
mam fœdiſsimámq; facillimè ex-
plere poſsint. Nec vero iſta illius
hoc in loco amentia conſtitit. Nam
& eos tantum laudibus afficit, quos
ſibi ſimiles in turpitudine vitæ eſſe
nouit & eos vituperat, omnibúſque
maledictis vexat, quos à ſuo iſto vi-
tæ genere abhorrere intelligit: nec
in eo rationem vllam ducit vel reli-
gionis ſuę, vel aliorũ dignitatis, niſi
forte eorũ quos aut minis, aut vitæ
ſupioris maledictis magnũ ſibi ve-
ctigal quotannis pendere coëgiſſe
dici-

dicitur. Atq; his quaſi gradibus viã ſibi ad maiora muniuit. omnibus enim cõuiciis Diuos exagitat. Quæ cum indigna eſſe intelligerẽ, mihi faciundum non putaui, vt qui me Reip. Chriſtianæ defendendæ quã iſte oppugnaret natum ſcirem, híſque paucis annis eandem contra eius acerrimos hoſtes defendere meminiſſem, hoc ei loco deeſſem. neque hoc mihi in animum induxi, quòd me vnum melius hanc cauſam agere poſſe putẽ, quàm innumerabiles Reip. ciues quibus nec auctoritate, nec doctrina, nec vſu rerum ſim comparandus, ſed quòd in cauſis grauiſsimis qualis hęc eſt, nõ expectandũ arbitrer, dum vnius cuiuſq; facultatis habita ſit ratio, ante quàm agantur: antè enim oppreſſa Reſp. eſſet, quàm de hoc videri poſſet: verum in tali re, officium vnius

cuiuſq; boni ciuis eſt, quod poſsit, diligenter vltróque præſtare, dum modo ſit in eo vel mediocris, vel tolerabilis facultas & ſcientia. Neque verò eo vos ingenio prędítos eſſe iudico, viri ſapientiſsimi, vt rerũ cauſarumq́ue magnitudinem ac victoriam, hominumq́ue officia ex oratione potius ac facultate cuiusq́ue, quàm ex veritate ponderetis. Hæc autẽ omnis accuſatio à me in duas partes diuidetur. Primum enim de Petri Aretini vita quę ſemper à pueritia cum in omni libidinum genere, tum in nefaria turpitudine verſata eſt, dicam: deinde vobis pernicioſam diſciplinam, quam eo libro quem Capriciũ inſcripſit, aliíſque operibus profitetur exponã. Quod dum facio, vos vehementer rogo, vt me benignè attentéque quemadmodũ cauſa poſtulat audiatis. Ego ſic

ſtatuo,

ſtatuo, Henrice rex vóſque cæteri Chriſtianæ Reipublicæ principes, gentem nullam eſſe tantã, nec fuiſſe, cui leges tam vtiles támque ſalutares datæ ſint, quàm Chriſtianæ Reip. Primum enim non à Solone illo qui fuit ex ſeptẽ Græciæ ſapientibus vnus, non à Lycurgo, aliíſve qui clariſsimi latores legum habiti ſunt, ſed à Deo latæ auctoritatẽ habent. Deinde quò Dei eſt quàm hominum maior & ſapientia & auctoritas, eò certiora maioráque iiſdem legibus & bonis pręmia propoſita ſunt, & in improbos ſupplicia conſtituta. Probis enim gloriã immortalem vitámque ſempiternam, malis ſupplicia æterna mortémque animi oſtendunt, cum cæteræ omnes breuem gloriam & honores caducos bonis, ſceleratis pœnas paucorum dierum, & annorum ſi cum

æternitate cõferantur, mortémque tantũ corporis proponãt. Quò magis vnumquenque ad rectè facta officiáque virtutis excitare, & à vita ſcelerata facinoroſáque reuocare ac deterrere debent. Sed apud bonos quidem plurimum valét, apud improbos autem ſi eas vnq̃ aut nihil aut parum viriũ habere intellectum eſt, hoc certe tempore cum in pleriſque aliis, tum in Petro Aretino perſpici poteſt. Eius enim nefariã obſcœnámq; libidiné non leges Chriſti quas violat, non præmia earum, quæ eum nihil mouent, non pœnæ quas contemnit, non exempla eorũ qui in diuinis ſcripturis hoc ſcelere contaminati pœnas acerrimas dediſſe commemorãtur, non denique virtutis igniculi qui vnicuique noſtrum à natura inſiti ſunt, iam coërcere abſtraheréque poſſunt. Itaque

niſi

niſi vos ſuppliciũ quod leges in tales homines conſtituunt quàm primùm de illo ſumatis, nec legũ Chriſti, nec veſtra, nec veſtrorum vobis ſalus ac dignitas curę eſſe videbitur. Si enim tanta erit priuati hominis audacia, vt vobis ſcientibus, & penè ſpectantibus, leges quas à Chriſto latore optimas accepimus, impune violet, neque id vobis curæ ſit, quę aut in vos à Deo qui vos legum cuſtodes vindicéſq; eſſe voluit, ſententia feretur, aut omnium de vobis ſequetur opinio? Horum vos poſterius quanquam intelligitis (nam de ſuperiore apud Chriſtianos principes non eſt dicendum) tamen dicam. Omnes homines ita de quibuſuis legibus ſentiunt, vt in eis rerum publicarum ſalutem ſitam eſſe exiſtiment, vt iis omnes Reip. partes regi & adminiſtrari, omniáque re-

ctè & ordine fieri arbitrentur:iis do minantibus bonos malis ſuperiores eſſe,turpitudinem ab honeſtate, libidinē ab incōtinentia, impudentiam à pudore facile ſuperari putēt. Iis autem ſublatis & contemptis,omnia in Republica perturbata,permixta, confuſa vident, omniúmque officiorum ſequi perturbationem. Hoc ſi omnes qui vbique ſunt de legibus ſentiunt,quod bonorum de noſtris quas à deo latore accepimus, iudicium ac voluntatem cenſetis eſſe? aut quid eoſdem de fide religionéque veſtra exiſtimaturos putatis, ſi eas hoc loco negligatis,quos ſciant à Deo immortali legum defenſores vindicéſque conſtitutos? præſertim cum non infinita multitudo improborum, quam tamen coërcere deberetis, ſed iſte manifeſtò in tāto ſcelere teneatur. Sed

aliquis veſtrum dicat, Quódnã eſt iſtud tam graue crimen cuius cauſa Petrum Aretinum in iudicium adducis? Hoc mihi iam demonſtrandum exponédúmque eſſe intelligo, quod ita faciam, vt non vnum omnino ſcelus in iſto, ſed omnia maleficia & flagitia ineſſe iudicetis. Multa ſunt, Principes, variáque peccatorum genera, aliáque aliis & grauitate & leuitate præſtãt. Sunt quibus ſtatim ignoſci leges etiam diuinæ velint. ſunt quæ niſi quàm primũ vindices, maximũ ex eo Reſpublica detrimentum captura ſit. Qui imprudens alterum lædit, aut etiã interficit, ei facilè venia datur. Itaq; Deus ei aſylum quo confugeret, ne interficeretur, in lege Moſaica conſtituerat. At qui de induſtria interficit, & ex inſidiis, quàm primum de eo eædem leges ſi conuictus ſit, ſup

plicium ſumi volunt: & eum Deus etiam ab altari eadem lege ad necē rapi iuſſerat. Quid ita? Quia cum ſciens & prudens cædem nulla iniuria laceſsitus fecerit, contra ius naturæ, quæ hominē homini cōciliauit, feciſſe videatur. Sic ſemper cum omnia peccatorum genera circunſpexeritis, vt quodque iuri naturæ contrarium eſt maximè, ita & grauiſsimum eſſe & acerrimis ſuppliciis legum non humanarum modo, verū etiam diuinarum præſcripto vindicatū reperietis. Cur enim apud Romanos qui parentem necaſſet, in culeum inſutus viuus in flumen deiiciebatur? quod ſupplicij genus grauiſsimum eſſe ſtatuerunt, niſi quòd cum ille eū interfeciſſet, ex quo natus eſſet, cuíq; lege naturæ plurimū deberet, eo maius eum facinus commiſiſſe exiſtimarent, quò ipſum diligentius

ligentius natura:vt ab illo abhorreret,admonere debuiſſet. Quid etiã Paulum impulit, vt eum qui vxori patris ſtuprum obtuliſſet, Satanæ corpore vexandum agitandúmque traderet? an non ius naturæ, quæ etiam alienos à religione noſtra homines à tali ſcelere abhorrere cogebat? Plura hoc loco exẽpla eiuſdẽ generis ex vtriſq; legibus proferrẽ, niſi & vos eadem tenere iudicarem, & ego vererer, ne iis commemorãdis vobis ſatietatẽ afferrem, longiúſq; à cauſa viderer diſcedere. Nunc ſi quæratis quo in genere ſint ea peccata quibus iſtum contaminatum eſſe dico, eiuſmodi eſſe reperietis vt nulla iuri naturæ magis contraria proferri poſsint. De quibus timidè prudentérq; dicam, vt magis ea cõmemorare videar, quàm alios admonere. Naturæ quidem parens &

effector Deus, cum hominem procreaſſet, ne ſi ſolus eſſet, fruſtra natus videretur, muliere etiam condita, nõ ſolum vtrique procreandi ſui ſimiles appetitum propagandi generis ſui cauſa dedit, verùm etiam præcepit, vt operã liberis darẽt, itáque mundũ hominibus implerent. In quo ita illi naturæ paruerũt eorúmq; poſteri, vt ex illo tam paruo principio, tanta generis noſtri propagatio ſecuta ſit, quantã videmus & ſcimus. Quo tandẽ modo? Primũ quidẽ fratres cum ſororibus cõiugi alióſque cognatos inter ſe cõiugia inire voluit, propter aliorũ hominũ penuriã. Deinde cum iam ſatis ꝑpagatũ genus hominũ videretur, certi gradus cõſtituti ſunt, cautúmq; diuinis legibus quæ poſtea latæ ſunt, ne certi homines cũ certis mulieribus iungerentur. Quę omnia vt intelligatis

telligatis,faciã vt ex diuinis libris le
ges recitẽtur. Recita ex libro qui Ge
neſis inſcriptus eſt ea quæ ad moli-
tionẽ hominũ procreationẽq; libe-
rorũ ꝑtinet. VERBA ex libro q Ge-
neſis inſcriptus eſt. Et creauit Deus
hoĩem ad imaginẽ ſuã: ad imaginẽ
ſuã creauit illũ: maſculũ & fœminã
creauit eos. Benedixítq; illis Deꝰ &
ait, Creſcite & multiplicamini & re
plete terrã, & quę ſequũtur. Auditis
eò ꝓcreatos hoĩes, vt genus ſuũ ꝓpa
garent, nec vllũ diſcrimẽ delectuq;
hominũ aut mulierũ habitũ, vllũ ve
hoiẽm exceptũ aut mulierẽ videtis.
Sed tamẽ nõ eſt dubiũ quin parẽtes
excepti ſint liberatíq; à cõiugio libe
rorũ. Nunc faciã vt quæ pſonæ exce
ptę ſint legibus, intelligatis. Recita
leges de ratione cõiugiorũ ex libro
qui Leuiticus inſcriptus eſt. LEGES.
Omnis homo ad ꝓximã ſanguinis

ſui nõ accedet vt reuelet turpitudinẽ eius ego dominus. Turpitudinẽ patris tui, & turpitudinẽ matris tuę nõ diſcooperies. Mater tua eſt: nõ reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies. turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre, quę domi vel foris genita eſt, non reuelabis. Turpitudinẽ filiæ, filij tui, vel neptis ex filia, nõ reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Turpitudinẽ filiæ vxoris patris tui, quã peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, nõ reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro ſit matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinẽ nu-

rus

rus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt: nec diſcooperies ignominiam eius. Et vxorem fratris ſui nullus accipiat. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius & filiam filię illius non ſumes, vt reueles igno miniam eius, quia caro illius ſunt, & talis coitus incæſtus eſt. Sororē vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinē eius adhuc illa viuente. Quorſum tot leges profero? Vt intelligatis, ſi Deus naturæ conditor hoc ſuū pręceptum ad generis hominū propagationem pertinere voluit, quæ niſi viri mulieríſq; cōiunctione procurari non poſsit, & tamen certos homines certáſque mulieres his legibus excepit, eundem omnes con-

cubitus multò magis vetuiſſe, quibus poſteritas quæri non poteſt. Cumq; virorum inter ſe concubitus in eo genere ſit, nec propagari augeríq; hominũ genus eo poſsit, eum profectò Deus naturę, vt dixi, parens, excepit ac vetuit. Quòd ſi eius exceptio literis diuinis expreſſa non eſſet, tamen ex his legibus quas paulò antè protuli, facilè intelligi poſſet, præſertim ex ea quæ apertè dicit propagationis tantum hominum cauſa coniunctionis appetitum nobis tributum eſſe. Nunc lex extat diuina in libro qui Leuiticus inſcriptus eſt, quæ concubitum iſtum planè vetat, quã recita. LEX. Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Recita etiam alteram in eãdem ſententiam, quæ paulò infrà ſequitur. LEX. Qui dormierit cum maſculo

ſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriatur. Quid ad hæc Petrus Aretinus reſpõſurus eſt: qui & in ſe & in aliis cõcubitum iſtũ quẽ Deus vt nefariũ vetuit, ꝓbat? An belluarũ in quibus naturæ lex eluceat, conſuetudinẽ? Ego cum illũ, Dei cõcubitum iſtum vetantis auctoritate, ita vrgere poſsim, vt lõgius progredi nõ poſsit, tamen eius rationes refellã, & ita refellã vt intelligat, quod ſibi pręſidio fore ſperat, id cõtra ſe valere. Quid ergo afferre poteſt, quin contra ius naturæ faciat, imò verò contra legem Dei quæ concubitum iſtum planè vetat, pœnàmque capitis in eum qui tantũ facinus admiſerit, cõſtituit? An belluarũ cõſuetudinẽ? at appetitus ille belluis à natura tributus nõ eſt. Nã cum appetitũ eis ꝓcreãdi tãtũ cauſa dederit, ſi aliter atque ipſa

inſtituit, eum ſequantur, in eo non legi naturæ parent, ſed ea abutũtur. Vt gladius cum à natura homini ſe tuendi cauſa datus ſit, eo ſi ipſe ſua auctoritate alterum interficiat, nõ naturæ pareat. Neque enim intelligit præ ardore libidinis ad quã inflammatus capitur, Petrus Aretinus, aut Arietinus potius, belluarũ genus deprauatum eſſe, non diſciplina quidẽ, ſed natura ſua, vt philoſophis placet, aut potius, quẽadmodum ex diuinis libris intelligi poteſt, ex primorum hominũ peccato in earum natura quandã conſecutam eſſe quaſi diſtortionẽ. Neque enim quiſquam adduci debet, vt dracones, angues, cæteráque noxia animalia cum eo nocendi appetitu, quem nunc in illis ineſſe videmus, à Deo optimo maximo effecta eſſe credat. Is enim cũ ea omnia

quæ

quæ cõdidiſſet conſyderaret, bona eſſe reperit, id eſt, naturã rerum omnium in ſuo quamq; genere perfectam. Quòd ſi hic nocendi appetitus eis à natura tributus nõ eſt, ſed poſtea ex primorũ hominũ peccato in natura eorũ cõſecutus, quod vt & docui, & plurimis grauiſsimíſque religionis noſtræ auctoribus videtur: idẽ de illo altero quem in maribus, cum alij alios vltro citróque cõtrectãt, vigere animaduertimus, iudicandum eſt. Primi enim illi homines dum appetitus ſuos Deo obediẽtes efficere noluerunt, nõ ſolum hoc conſecuti ſunt, vt deinceps eorum appetitus rationi ſubiecti non eſſent, verum etiam vt & imperium quod in beſtias habebant, amitterent, & belluæ ipſæ vnà cum dominis quaſi conuenientia conſenſionéque naturæ, quæ συμπάθεια dicitur,

à natura illa prima quæ in eis recta eſſet, deflecterent. Sed quę ratio eſt, à belluis ad homines transferre ſimilitudinẽ? Homines enim ſumus, id eſt, ratiõis participes, qua belluis præſtamus. Hoc ſi belluæ faciunt, ſi hic in illis appetitus dominatur, eis venia danda eſt cum ſenſus eis & appetitus tantum quaſi agendi principia à natura data ſint, ex quo fiat vt tantũ agant, quantum vtroq; moueantur. At homini præcipui aliquid dedit, eum enim prætereà conſilio, ratione, mente ornauit, quibus vitia à virtutibus facilè poſſit internoſcere. Si enim non eſſemus rationis compotes, nec delinqueremus. Nunc in culpa ſumus & peccamus, quòd in nobis ſitum eſt adiutrice Dei gratia, vt quæ bona ſunt, ſequamur declinemúſque con

traria.

traria. Sed videte quanta iſte incommoda ex iſta ratione ſuſcipere cogatur. Iſto enim pacto furari licebit, fallere licebit, liberos & deuorare & interficere licebit. Si enim ex eo appetitus iſte in hominibus probandus eſt, vt illi placet, quòd idem viget in belluis: furtum eadem ratione in iiſdem approbabitur & defendetur, liberorúmque & interfectio & deuoratio. Alienũ enim inuitis dominis auferunt lupi: aquila pullos qui aduerſum ſolem intueri non poſſunt, eiicit vt adulterinos: feles mares aliorumque generum permulti catulos abſentibus fœminis deuorant. Quid quòd iſta ratione leges omnes perſpicuè tolluntur? Si enim nobis à belluis appetendi agendíque petenda principia ſunt, legem de coniugiis, vt de hac potiſsimum dicam,

obtinere non poterimus, paſsímq; cuiuis homini cum quauis muliere concumbere licebit. quo quid turpius, & à diuinis legibus alienius dici aut fingi poteſt; cũ & Deus in iis decem pręceptis quibus primũ priſcos illos homines, deinde nos parere voluit, hanc legẽ de coniugiis ea ſeueritate comprehẽderit, vt vetuerit, ne quis vxores proximorum appeteret: & Chriſtus ipſe in euangeliis eum qui vxore repudiata niſi ſtupri cauſa, aliã præterea duxerit, adulterum nominet. Cæteris etiam legibus iſta ratione nihil omnino loci relinqui, facilè intelligitis, vt non ſit mihi neceſſe longiorem orationem in eo docendo ponere. Nõ igitur hæc à belluis ducta ſimilitudo iſtũ vllo modo adiuuat, imò verò tantum abeſt vt eum ſubleuet, illũ, vt maximis incõmodis premat

& vr-

& vrgeat. At ſemper apud omnes nationes hic concubitus omniũ penè conſenſu comprobatus eſt. Nũc demum rationem & orationem homine dignam auditis, ſi quidem vera ſit. Quas tu mihi nationes profers? Illud enim verbũ, omnes, difficilem ad probandum facit orationem. Sed vide, quàm ſim facilis quámque liberaliter tecum agam. Tuum eſt de omnibus docere, vt ſi vna abſit, cauſa cadere te neceſſe ſit. Ego tamen ſi de vna docueris, verũ de toto genere cõcedam. Quas tandẽ eiuſmodi fuiſſe vis? Græcóſne? At hoc Aeſchines in ea oratione, qua Cteſiphontem accuſauit, apud Athenienſes Demonſteni vt crimẽ & probrum obiecit. Quod quò facilius vobis perſuadeatis, verba eius recitanda curabo. Recita vérba Aeſchinis. VERBA AESCHINIS. Sic

enim vſus eſt & ſuo corpore & procreatione liberorum, vt me pudeat exponere quæ geſſerit. An Romanos? At Saluſtius Romæ in Senatu hoc in Ciceronē, Cicero in Saluſtiū criminoſū eſſe voluit. Recita vtriuſque verba, & primū Saluſtij. VERBA SALVSTII. An verò M. Tulli, facta ac dicta tua obſcura ſunt? An nō ita à pueritia vixiſti, vt nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Recita etiam verba Ciceronis, VERBA CICERONIS, Itaque nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari. Et paulò infra, Nam quòd iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem & in filiam meam inuaſiſti, quæ facilius mulieres ſe à viris abſtinuerunt quàm tu vir à viris, ſatis doctè ac peritè feciſti. Nūc quid ais Arietine

tine noſter? Vbi eſt ſenſus tuus, vbi mens, vbi ratio? Non intelligis, quę crimini dentur, & vt vitia cuipiam apud aliquos obiiciantur, ea apud eoſdem nec duci laudi & gloriæ, nec licere, nec verò in his haberi quæ quoniam nec bona ſunt per ſe nec mala, indifferentia dicantur? Quæ enim hoſtium & inimicorum eſſet ratio, qui parati veniunt ad dicendum, ea alios aliis vltro citróque obiicere criminique publicè in iudicio dare, quæ facere liceret? An non tum alter in reſpondendo factum confiteretur, licerêque diceret? quod cum faceret, quos quæſo riſus, quos cachinnos audientium moueret? quámque ille accuſator ridiculus videretur? Nunc cum Cicero concubitum iſtum quē ipſi Saluſtius Romæ in Senatu obiiceret, non modo

non confeſſus ſit, verum etiam eundem illi viciſsim obiecerit, quo facilius eum apud iudices in inuidiã contẽptúmq; adduceret, qui quod ipſe feciſſet atq; adeò faceret, in altero reprehenderet: profectò hoc ipſo inhoneſtum eum turpémque apud Romanos fuiſſe declarat. Inertiam iſtius ſtuporémque, imò verò impudentiam ſingularem vos hoc loco perſpicere arbitror. Nam cum gentium omnium conſenſu ac more, quæ vox eſt naturæ, concubitum iſtum approbari dixiſſet, eíque hoc dediſſem, ſi de vna modò natione doceret, me de omnibus conceſſurũ eſſe, nec ille quod docere debuit, docuit, & ego contrà nulli vnquam hoc vitium in more poſitum fuiſſe demonſtraui. Eodem enim modo de cæteris iudicare debetis. Neque enim vlla eſt aut vnquam fuit tam

immanis

immanis & barbara, támq; ab omni non modò honeſtate, verùm etiam honeſtatis ſimulatione aliena & abhorrens, quæ tantum facinus aut ſibi aut cuiquã licere putauerit. Quòd ſi talem eſſe nunc, aut fuiſſe aliquando tibi dedero, audis Arietine noſter? non tamen continuò in hac Repub. Chriſtiana cuiquam id licere perſuadebis. Quibus hoc ego rationibus argumentíſque demonſtro? firmiſsimis ac certiſsimis. Nationem illam quam fingis, vtra tandem lege, ſcripta, an non ſcripta, id eſt naturæ, cõcubitum iſtum tuum approbaſſe vis? Si ſcripta, primum eam proferre debes. Deinde adeóne amens es, mentémque cum ſenſu communi amiſiſti, vt non intelligas, quẽadmodum varia ſunt rerum publicarum genera, variæque Reſpub. ſic eas diuerſis variíſq; fere

legibus regi & adminiſtrari? nec vllam alteri eam afferre neceſsitatem, vt ipſius legibus vtatur, niſi forrè bello armíſque ſuperetur? & ſi qua fortè alterius leges vltrò mutuetur, eam id facere ſolitam in iis quæ optimæ ſalutaréſque in commune de prudentum ſententia conſilióque videantur? Quod tu de noſtra qui doces, aut docere potes? cum Deus qui noſtras condidit, & in veteri teſtamento Moſe duce, multis locis, vt iam docui, ſtante lege ſcripta, iſtum ſibi concubitum ingratum eſſe ac diſplicere declarauerit: & in nouo Paulus mente diuina permotus cum multis aliis locis, tum principio epiſtolæ ad Romanos, homines quoſdam contumeliis dedecoréque corpora ſua afficere ſcribat, quòd & viri à viris, & mulieres à mulieribus ſe non abſtinerent,

nerent,

nerent, Deíque permiſſu ac nutu fa ctum eſſe, vt in turpiſsimos iſtos animi ac corporis motus caderent, quòd cum eum ex iis operibus quæ feciſſet, cognoſcere cognitúmque colere debuiſſent, tamen non modò id non feciſſent, verum etiam honorem ipſius ad ea quæ condidiſſet, transferrent. Quo ego loco an non iure illud exclamare poſſum? O tempora, ô mores? cùm illis temporibus Pauli confeſsione ij modo homines qui Deum ex iis quæ condidiſſet, non cognouiſſent, ob eámque cauſam non ſolum eum debita laude gloriáque fraudarent, ſed etiam illam iis quæ effeciſſet, tribuerent, in iſtam libidinem toto impetu ferrentur: nũc verò Petrus Aretinus, qui notionẽ Dei habet, iíſque ſacris initiatus eſt, quæ Christi inſtituto noſtra re-

ligio fert, proh Dei hominúmq; fidem, eam in deliciis habeat. Atque vtinam in eo vno hoc malum hæreret. Is quidem vnus adhuc inuentus eſt, qui ita ſe huic vitio totum tradiderit, in eóque excellat, vt ſic cæterorum obſcœnitatem ſi qui forte ſunt, qui vtinam nulli ſint, quemadmodum ſol ſuo lumine aliorum aſtrorum lumen obſcurat, turpitudine obruere videatur. Sed tamen vereor, vereor inquam, ne multos iam & exemplo ſuo, & Capricij ſui, de quo paulò pòſt dicam, diſciplina, corruperit. Hos moneo, ſi qui fortè tales ſunt, (nam tam flagitioſus facinoroſúſque eſt iſte, vt nulla vnquam oratione in viam redire, corrigíque poſſe videatur) hos inquã moneo, vt dum licet, & antè quàm in iſtius vitij voraginem ſe penitus immergant, animum mutent,

tent, ante actam vitam emendent, ad pœnitentiæ portum quaſi ex flu ctibus & ſcopulis enauigent. Eos ſi minus turpitudo peccati, virtutíſq; pulchritudo abſtrahere reuocaréq; poteſt, at certè reuocet metus ſuppliciorum, quæ in hac vita, & in futura certiſsima acerrimáque in eos qui ſe hoc ſcelere ac flagitio contaminauerint, leges diuinæ conſtituunt. Videant enim ipſi etiam atque etiam, recordentúrque in animis ſuis, quantum ſupplicium de Sodoma, Gomorrha finitimíſque vrbibus & earũ incolis Deus ſumpſerit: idque quod Petrus in poſteriore ſua epiſtola de illis ait, eis in mentem veniat, Deum iis ſuppliciis, quibus Sodomos & Gomorrhanos affecerit, exemplum quoddam propoſuiſſe eorum, qui impiè ſceleratéque vixerint. In animis

etiam eorum crebrò obuerſetur id quod ait Paulus in priore ad Corinthios epiſtola, viros qui cum maribus cōcubuerint, nunquam vitam ſempiternam conſecuturos. Hæc ſi iſte ſibi ob oculos poſuiſſet, atq; cō ſyderaſſet, nunquam ſe in hoc quaſi cœnum immerſiſſet. Satis demonſtratum eſſe arbitror, concubitum iſtum non modò non conceſſum eſſe vlla lege quæ quidem ſcripta ſit, in Repub. qua vtimur, verum etiam eundem omnes vetare. Nunc an non ſcripta, id eſt, lege naturæ ante illud tempus, cum nulla ſcripta eſſet, in eo verſari licuerit, (Hoc enim alterum eſt eorum quæ propoſita ſunt) videamus. Hoc tu quomodo doces? Quo exemplo, quo more, quo ſcripto eum in vſu fuiſſe demonſtras? certè nullo. Ego contra & Sodomorum reliquorúmque

popu-

populorum exemplo, & more bo-
norũ, & ſcripto, id eſt, diuino oracu
lo nõ modo inhoneſtũ, verum etiã
nefariũ eſſe doceo. Si enim Deus So
domos reliquóſq; populos tũ cum
lex nulla ſcripta eſſet, ꝙ ei libidini
dediti eſſẽt, eorũq; vrbes ſulphureo
fulmine ita de cælo tetigit, vt & vr-
bes funditus euerterit, & illos eo
mortis genere mulctarit, bonóſque
ex illo periculo eripuerit, & hæc in
eo libro qui eſt de mundi ortu, pro-
dita ſunt memorię, quid adferre po
tes, quin concubitus iſte & malorũ
ſupplicio, & more bonorum, & di-
uino oraculo in Rep. Chriſtiana fla
gitioſus comprobetur? De Sodomo
rum quidẽ ſupplicio nullã contro-
uerſiam eſſe video. Si in cõtrouerſia
verſatur, iſtiúsne concubitus cauſa
de illis ſumptum ſit ſuppliciũ, liber
quẽ modo nominaui, controuerſiã

dirimet. In eo enim ſcriptum eſt, cū duo Angeli adoleſcentum habitu & figura coacti à Loto, domum illius diuertiſſent, Sodomos ad vnū omnes antè quā illi irent cubitum eius domum primum vallaſſe, deinde cum à Loto quæſiuiſſent, vbi eſſent viri illi, ei præcipiſſe, vt ipſos adduceret, vt cum eis ſuam explerent libidinem. More autem bonorum eundem in ea Rep. qua vtimur nefarium fuiſſe ſemper atque eſſe, eius libri auctoritate multis modis doceo. Nam cum Deus Abrahamo voluntatem conſiliumque ſuum de vindicando Sodomorum ſcelere aperuiſſet, iſque bonitatis eius negaſſet eſſe, perdere bonos cū malis, atque hoc ipſum bonorum numerum imminuens ſæpe inculcaret eóque tandē perueniſſet, vt quęreret, num ſi in illis vrbibus decem

viri

viri boni inuenti eſſent, eas euerteret: Deus ipſe ad illius rogata reſpõdit ſemper, ſe propter proborũ numerum quem in iis ipſis vrbibus ille eſſe vellet, veniam daturum eſſe improbis. Itaque vnus Lotus cum perpaucis ereptus eſt, atque ita ereptus eſt, vt angeli duo illi quos miſiſſe Deum euertendarum illarum vrbium cauſa paulò antè dixi, ei ſe illas quandiu in eis maneret, euertere poſſet negauerint. Hinc Petrus in poſteriore epiſtola ſua Lotum iuſtum appellat, ob eámq; cauſam ereptum liberatũq; eũ eſſe cõmemorat, quòd illius & aſpectus & auditus cum inter ſceleratos illos verſaretur, rectus eſſet, id eſt ꝙ cum iſtos concubitus videret, ac de eis illos colloquentes audiret, ipſe nihilo magis mutaretur, à continentiáque deflecteret. Hęc ſi iſtum aut

quemuis alium negaturum ſperarem, eadem ex libris quos dixi, recitanda curarem. Atqui hæc omnia tum geſta ſunt, cum ei tantùm legi quæ in animis hominum inſita eſt, aut innata potius, noſtri obtemperarent. Moſes enim leges duarum tabularum quas primas ſcriptas eſſe in libris diuinis memoriæ proditum eſt, à Deo non ſolum latore, ſed etiam ſcriptore acceptas populo ſuo promulgauit & tradidit: quòd quadringentis & triginta annis poſt factum eſſe Paulus in epiſtola ad Galatas, & Stephanus in actis Apoſtolorum apud Lucam CCCC. commemorat. Quid quæritis amplius? Iſte nulla lege concubitum iſtum nec apud noſtros, id eſt, religionis noſtræ homines, nec apud alienos ab eadem ac barbaros licuiſſe aliquando oſtendere

re

re vllo modo poteſt. Ego apud gentem nullam eum vnquam probatum fuiſſe docui, ſed ita docui, vt ſi apud barbaros interdum vſu cõprobatus fuiſſet, nõ effici tamen cõcluderẽ, eum aut nobis licere nunc, aut aliquando maioribus noſtris licuiſſe: præſertim cum leges diuinæ tam planè & apertè eũ vetent. Nũc aliud eius facinus multo ſuperiore grauius accipite. Neque enim ei ſatis eſt eſſe facinoroſum, quod per ſe grauiſsimum eſt, niſi cæteros omnes quantum in ipſo eſt, eodem ſcelere inficiat. Scripſit enim atque edidit nefarium librum quendam, quam Capricium à Caprorum laſciuia & libidine inſcripſit. Quam vos in eo diſciplinam contineri arbitramini? bene diſſerendi? minime, bene viuendi? multò minus. Quamnam ergo; quæretis?

Cogitate quàm voletis pernicioſam atque peſtiferam,ea cogitationes veſtras longè multumque ſuperabit. Quis enim veſtrum, aut quis tandem ſibi perſuadere poteſt, eſſe hominem (ſi modo homo eiuſmodi eſt) adeo amētem, ſceleratum & impium, vt ea facinora & flagitia quibus cōtaminatus ſit velit omnibus prodere,nec ſolum prodere,ſed etiam omnes vt bona & ſalutaria docere,nec voce tantum, ſed etiam ſcriptis impudentiſsimis aliis tradere? Si hoc antehac in cogitationes mentéſq; veſtras non cadebat, nunc certè cadere exiſtimatote: iſte enim inuentus eſt, qui non ſolum poſt hominum qui hodie vbique ſunt,memoriam,verum etiam poſt homines natos tam immane facinus non modo ſuſcepit, ſed etiam perfecit. Nam preclarum iſtum librum

brum ſuum cæteróſque ferè omnes prçceptis quibus omnes imbuti aut infecti potius, ad nefariam iſtam libidinẽ explendam paratiores venire poſsint, referſit: quæq; nec os pudicum proferre, nec manus verecunda ſcribere, nec religioſæ aures audire ſuſtineant. Quod ſi animi veſtri aliorúmque veſtri ſimilium tam caſti pudicíque ſunt, támque non ſolum ab iſto, verum etiã à cæteris peccatis abhorrent, vt nullam moribus veſtris perniciem iſtius libri eiuſmodi afferre poſsint, atq̃ longè latéque hoc quaſi venenum ac malum pateat, nec ignorare poteſtis, nec negligere debetis. Vobis enim à Deo optimo maximo non ſolum veſtra ſalus cõmiſſa eſt, ſed etiã omnium Chriſtianorum, quorum nemo eſt, eorum duntaxat, qui iam certos annos nati ſunt,

qui nō vel liberos procreauerit, vel procreare poſsit, vel etiam propinquos habeat id ętatis, vt facilè iſtius pecuinæ voluptatis libidinisque, quam iſtius Capricius iam vt dixi, profitetur, blandiciis illecti vt ſunt ab libidinē procliues, corrumpi inficíque poſsint: quod quidem vobis etiam eſt cum illis commune periculum: idque quàm ſit magnum ſic etiam conſyderate. Natura quidem naturæque parens Deus, cum hominem ad ciuilem ſocietatem procreare inſtituiſſet, illi eum appetitum ingenerauit vt liberos procrearet nō ſibi tantùm ſed etiam Reip. itaque ex hoc principio is etiam in eodē cōſecutus eſt, vt quos procreauerit, nō ſolum educet, verū etiam ita erudiat; vt non tantum ipſi, ſed Reip. quoq; cuius ciuis eſt, vſui eſſe poſsit. Huic autē Dei naturæq; in-

ſtituto

ſtituto atque præcepto quî parẽtes obtẽperare poſſunt, niſi oẽm diligẽ tiã abhibeãt, vt illi & ad Reip. diſci plinã erudiãtur, & ab ea nulla cõſue tudine atq; doctrina abduci queãt? præſertim cũ De⁹ datis primũ legibus maiorib⁹ illis noſtris quib⁹ pare rẽt, vetuerit, ne cũ diuinis, aruſpicibus, ariolis, aliíſq; nationib⁹ rẽ vllã haberẽt. At vobis iſtius iam ſcelere huic diuinæ legi, atq; adeò cæteris obediẽdi poteſtas eripitur. Nã vt faciamus eſſe in liberis aut ꝓpinquis veſtris q̃uis bonorũ indolẽ ſpémq; optimã, vóſq; dare operã, ſicuti facitis, vt & bonis morib⁹ inſtituãtur, & optimis artibus erudiãtur, tamen tã diſciplina q̃ iſtius Capricio aliíſq; libris continetur, q̃ cõſuetudo improborum qui ſcelere iſto inquinati ſunt vel erunt, & igniculos illos virtutis à natura datos extinguere

& boni mores quo minus diſcipli-
na aút cònſuetudine ſuſcipiantur,
vel eoſdem ſuſceptos iam,ac peni-
tus inſitos euellere, aut quaſi obli-
uione obruere facilè poterunt. Ni-
hil enim pueritiá, nihil adoleſcen-
tia,nihil denique iuuentute facilius
cum in omnem partem errare, de-
cipi & capi poteſt, tum neſcio quo
pacto hæ ætates voluptatis quæ ad
corpus pertinet,blãditiis delinitæ,
ita ei ſeſe tradere ſolent, vt vix aut
ne vix quidem vnquam ab ea vlla
ratione abduci poſsint,& ad virtu-
tis officia traduci. Quæ cũ ita ſint,
qua vos diligentia, Principes, quo
ſtudio arcere tàm atrocia mala tám
que certa pericula & in veſtris & in
veſtrorũ liberis ac propinquis pro-
hibere debetis?aut qua pœna,atque
adeò quàm acribus ſuppliciis Pe-
trus Aretinus vobis afficiẽdus eſt?
qui

qui veſtris tam vberẽ malorum materiem & quaſi ſegetem ſuppeditat: imò verò qui tantis flagitiis à pueritia vſque ad ſenectutem quã turpiſsimam agit, ſeſe & patiendo quę multis facere collibuerit, & faciendo in pluribus quæ paſſus ſit contaminauit, vt de eo verè poſsim dicere, nullum Remp. vidiſſe nec ſenſiſſe malum his annis, cuius non ſemen fuerit. Itaque Remp. ſi loqui poſſet, hanc vſuram in eum oratione exiſtimo. O cœnum, ô monſtrũ, ô portentum non ſolùm ex meis, ſed ex barbarorũ etiam finibus eiiciẽdum. Nimium diu te fero, & ita fero, vt mihi nulla eſſe videar propter ſcelerum flagitiorúmque tuorum turpitudinẽ. Nullum eſt enim in me vel ſuſceptũ facinus, vel perfectum à primo tuo ortu, cuius non tu cauſam dederis: nulla mala ſenſi

quę nō tibi ſceleribúſq; tuis accepta referā. Tuū eſt bellū Italicū, tuū Germanicū, tuū Gallicū: tuę ſunt cędes innumerabiliū hoīm, tibi tot morborū ex quibus tot homines his annis mortui ſūt, tibi famis animātiū, ſterilitatis agrorū, cauſa aſcribenda eſt. tuę ſūt diſcordię diſſēſionéſq; & principū de imperiorū finib⁹, & innumerabiliū hominū de iis quæ ad Dei religionē pertinēt, tu corruptor es puerū, expugnator pudicitiæ, inceſor libidinis, turpitudinis amic⁹, inimic⁹ honeſtatis. Tu vt vnq̄ animū mutes? tu vt vnq̄ turpitudinē oderis, virtutéq; ames? tu vt vnq̄ te ad bonos recipias? Hoc nec ego ſpero ſore, nec expectandū aliis, dum facias cēſeo. Si hac Reip. vera eſt, ſicuti eſt, oratio, quo vos in iſtū animo eſſe debetis? quē tot támq; grauibus ſceleribus inquinatum eſſe cognoſcitis: qui

qui de vobis, veſtris: veſtrorúmque cõiugibus, liberis, propinquis, amicis tam male cõſuluit. Eũ porrò, qui in tot támq; manifeſtis rebus peccatíſq; teneatur, quo tandẽ ſupplicio dignũ eſſe arbitramini? Nolite enĩ putare, ſi Athenis in cõcione Protagoræ libri cõbuſti ſunt, ipſe verò ex vrbe & agro extermĩat' eſt ſupplicij cauſa, ꝙ Deúsne eſſet oĩno dubitaret, ſatis acre de iſto ſumptũ iri ſuppliciũ, ſi veſtra ſentẽtia illi' Caprici' vna cũ cęteris ipſi' libris q̄ vbiq; ſũt palá cõburatur, ipſe aũt à Reip. corpore tanq̃ mẽbrũ putre ſegregetur, ille enim tantũ dubitabat, atq; id tũ cũ multos Athenis Deos oẽs colerẽt ac venerarẽtur. Iſte autẽ nũc cũ Deũ vnũ oẽs eſſe ꝑfitemur, eũq; colimus nõ dubitat eiuſmodi ſcelus alios docere quod Dei notionẽ ex aminis hominum teſte Paulo, penitus euel-

lat. Itaq; eos omnes ſcitote qui his temporibus Athei dicuntur, quòd Deum eſſe negent, quò impunius ſuo iudicio & arbitratu in omni genere peccatorum verſentur, ex iſto teterrimi & odoris & ſaporis fonte fluxiſſe. Quòd ſi hæc in eo pœna ſatis acerba nonnullis videtur, cur ipſe nō eorum factū imitatur, qui, vt apud Lucā in lib. de reb9 geſtis Apoſtolorum ſcriptum eſt, cum ad religionem noſtram Pauli oratione & adhortatione traducti eſſent in conſpectu omnium, quòd alienos eos à religione noſtra intelligerent, ipſi vltrò combuſſerunt? Hoc enim ſi ſumma ſua voluntate faceret, pœnitentiæ aliqua ex parte fidem faceret. Nunc cum hoc coactus & inuitus facturus ſit, cui dubiū eſt, quin in eodem propoſito manens, non minus obeſſe poſsit? Quanquam

 ſummo

ſummo etiam tum ſupplicio eſſet dignißimus, quòd libros eiuſmodi ſcripſiſſet ac in lucem protuliſſet, ex quibus tantum mali & plerique iam hauſiſſent, & omnes quantum in ipſo fuit, haurire potuiſſent. Supplicium fortaſſe quo affectus eſt Athenis Socrates iudicum ſentētiis, quòd nouam religionem Deorum in ciuitatem induceret, id eſt, veneni potio, aliis placebit. At leuior eſt hæc pœna, quàm vt in iſtum ſtatui debeat, & prętereà à legibus noſtris moréque abhorret. Neque enim nouam tantùm religionem inuehit in Rempub. ſed etiam veterem vt mox docebo, tollit. Si omnia ſuppliciorum genera eodem modo vobis proponam, id quod longum eſſet, non vnum iſti, ſed vniuerſa pœnarum genera pro ſingularibus illius maleficiis deberi iudicabitis.

Nam ſi ſiccari os,ſi raptores,ſi fures in crucem agi leges volunt, an non iſte merito ad idem ſupplicium rapi debet,qui bonis moribus puerorum inſidiatur,imò verò qui eis pudicitiam eripit eámq; expugnat? Si prædones viuos exuri volunt,an nõ idem eodé mortis genere mulctari iure debet?qui ex præda tanti precij viuit?Si eos qui nũmos adulterant, viuos in oleum efferueſcens deiici volunt, multò iſte rectius qui bona puerorum ingenia,ingenuóſq; mores corrumpit,eadé pœna damnabitur. Sed quid aut ego tã multis verbis de ſuppliciorum grauitate quibus iſte dignus eſt, diſſero, aut vos in animis veſtris taciti quibus eum potiſsimum affecturi ſitis, cogitatis? Se enim facilè è manibus ſententiiſque veſtris elapſurum eſſe ſperat. Qua autem re hoc à vo-

bis

bis impetraturum creditis? Gratia fortaſſe. Vnde eam à quoquam veſtrum iniiſſet, aut qua re ea dignus eſſet, cum à virtute ſemper alieniſsimus fuerit omníque peccatorum genere perditiſsimus? An Pecunia? At mendicus eſſet, niſi ex lenocinio ac ſcelere viueret, & prætereà fidem religionémque veſtram pecunia expugnari non poſſe intelligit. Qua igitur re ſe abſolutum iri confidit? metu conuiciorum quibus bonos vexat: metu contumeliarum quibus eoſdem afficit. Tantũ enim in eis præſidij ſibi conſtitutũ putat, vt ſummo etiã ſplendore homines illarũ metu eò perduxiſſe dicatur, vt magno quotannis precio ab illo emant vel laudari, vel certè tacere. Mihi quidem primùm eſſe tales perſuadere

non poſſum. Quis enim nõ ab iſto grauiſsimè vituperari malit, quàm vel ampliſsimis verbis laudari, ne in eius ſcelerum ſocietatem venire, aut ſimilis in vitæ turpitudine eſſe videatur? Deinde ſi quis eſt fortè eiuſmodi, non in quenquam veſtrum hoc conuenire arbitror. Neque enim adduci poſſum, vt credã, eſſe veſtrum quempiam, qui quod maximo cuique ac potentiſsimo alij principi nulla conditione dare velit, id Petro Aretino ſolo contumeliarum metu muneret. Magni quidẽ eſtis ac potentes omnes, magnæque ſunt inter vos dignitatum potentiæque diſsimilitudines: ſed tamẽ nemo eſt eorũ qui primis ſup pares ſunt vel inferiores, qui ſi ab illis (quod longè abeſt ab eorũ moribus, ſed rei docendæ tantùm cauſa profertur) vel inter pocula, vel in

con-

conuentu omnis generis hominũ, vel in colloquiis famã dignitatẽq; ſuã lacerari audierit, teruncio illius maledicta, etiam conditione propoſita, redimere vnquam velit: potiúſque illud totum negliget, ac pro nihilo putabit, aut ſi tantæ ac tales contumeliæ ſunt, vt negligi nõ debeant, bello iniurias ſuas aut alia quauis ratione perſequetur: nedum hoc tam fœdum precium iſti homuncioni, prçſertim eiuſmodi, dare velit, ac non potius omni ratione dignitatem ſuam defendere, iniuriáſque ſuas perſequi. Nam ſi ita eſſet, ô beatum & potentem Petrum Aretinum, imò verò omnibus principibus fortiorem: cum eos ſolo cõtumeliarum metu ſibi addictos & quaſi ſtipendiarios habeat, eorum autem nemo quenquam alium etiam inferiorem vlla ratione eò

poſsit perducere. Sed hoc nemo veſtrum, vt à primis incipiens ad vltimos perueniam, dabit, nemo hoc de ſe confitebitur. Si qui ergo ſunt huius culpæ affines, eos potiùs eſſe arbitror inferioris ordinis homines, quorum iſte in pueritia pellex fuit, & in media ætate Leno, quòd peccatorum ſuorum conſcij, vereãtur, ne illius procacitate quales viri ſint ac fuerint, alij ſciant. Ita quam ab eis mercedem pellicatus lenociníique nomine tum exegit, eam nunc etiã iudicij metu exigit. Nec verò hac mea oratione iſtum tam pudentem conuiciatorem confirmare volo, vt eum dicam, illos tales homines omnibus conuiciis vexare, à bonis autem magníſque viris linguam ſuam abſtinere. Tantam enim maledicendi licentiam ſibi arrogauit & quaſi vendicauit ea

impu-

impunitate quam ſibi propter vniuſcuiuſque veſtrum lenitatem aut ſtuporem potius pollicetur, vt nec generis veſtri, nec loci, nec ordinis, nec dignitatis rationem vllam habeat, omnéſque paſsim & verbis & ſcriptis contumeliarum plenis exagitet, nominatímque Paulum tertium ſuperiorem pontificem maximum, cuius in locum diuinitus ſuccesſiſſe te, Iuli tertie, omnes boni gratulantur. Quod vos fortiſsimi Principes, quouſque tandem æquo animo feretis? Cum ſua cuique dignitas à natura tanti ſit, vt nemo pro ea ſe, vitam fortunáſque omnes omnibus periculis obiicere dubitet: vos tam negligentes eritis vt veſtram ab iſto homuncione atque eo impuriſsimo lacerari diutiùs patiamini? An dubitatis quin illius exemplo innumerabiles etiã infimi

ordinis homines,niſi hoc loco eius audaciam comprimitis,in optimi cuiuſq; & maximi dignitatem ſpe. impunitatis adducti, dicturi ſcripturíq; ſint? Quod ſi fiat,quam tandem perturbationẽ in Rep. futurã putatis? vbi porro pudor, vbi pudicitia,vbi religio valebit? Quæ verò eos leges,quæ iura,quæ inſtituta cõtinebunt? aut quæ vos res à priuatis distinguet, ſi ita impune maieſtatẽ veſtram pollui ſinetis? An non vos tandẽ quaſi de gradu deiici à ſe poſſe facilè ſperabunt, quibus tantillæ curæ aut nulli potius dignitatẽ ſuã eſſe intelligent? Quòd ſi vos hæc omnia ad dignitatis veſtræ cõſeruationẽ minimè excitant,quaſi euentura non ſint, quãtum iam mali ex ſocordia & ignauia iſta veſtra ortũ ſit, conſyderate. Iſte enim qui vos quaſi ſtipites & truncos in iſta ſua dicendi

dicendi ſcribendíque libertate eſſe ſentiret, ita progreſſus eſt, vt in eorum etiam dignitatē & maieſtatem quos vt in cælo immortalitatē conſecutos Eccleſia veneratur, nōn dubitet ſcribere. Sed quem vos potiſſimùm ab illo omnibus cōtumeliis vexatum arbitramini? Si Laurentiū dicam, flagitium eſſe nō negabitis: ſi Dionyſium, ſcelus. Quid? ſi Ioannem, id eſt, eum quo Chriſtus quēquam duntaxat qui natus eſſet ex muliere, maiorem eſſe negauit, ab eo potiſsimū delectum eſſe doceā, cuius de dignitate detraheret, quo tandem illud nomine appellādum cenſebitis? Eum ipſum putatóte. Videte quò hominis veſtra patientià abutētis progreſſa eſt audacia. Qui à maximo pōtifice, quo nec maior nec ſanctior alter in hoc orbe eſt, non ſe abſtinuit, is illo quaſi gradu

ad Ioannem,quo nemo in cælo maior eſt,ſe facilè peruenire poſſe ſperauit. Peruenit de eo enim in libro quem inſcripſit Capitoli,id eſt,capitula ſiue epigrammata ſcribit his fere verbis,Si Ioānes reuiuiſcat nec vulpina fauet, & aſtutia vtatur, cū in ſceleratiſsimorum numerum facilè aſcribi poſſe. O cœnū, ô labes: Tu ne audes impuriſsimo impudētiſsimóque iſto ore tale virus in hūc talem virum euomere? In qua quidem amentia tua libenter abs te quæram, quàm magni ponderis tuum iſtud de illo teſtimonium apud bonos futurum putes.Chriſtus qui idem Deus eſt,id eſt,qui nec falli poteſt, nec fallere, Ioannem tantis laudibus ornauit,quantis alium neminem. Tu non modo iis laudibus eum ſpolias, verumetiam contumeliis vexas. Si hoc tuum illius

judicio

iudicio anteponis, vide quantum & tibi ſumas, & de Chriſto detrahas, quámque de te bene, de Chriſto malè exiſtimes. Si enim talis Ioannes fuit, qualem eum fuiſſe vis, & Chriſtus eum tam amplis verbis laudauit, certè in eo Chriſtum ſiue mendacem, ſiue aſſentatorem, ſiue impoſtorem, ſiue eorum quæ in homine ſunt, & ab homine geruntur ignarum, ſiue hæc omnia fuiſſe, & eſſe abs te tacitè confirmari omnes intelligunt. Quid eſt amentem eſſe: amentem dico? imò verò quid eſt, vt hoc verbo vtar, Antichriſtum, id eſt, Chriſti hoſtem eſſe, ſi hoc non eſt? Non enim omnis amentia Chriſto repugnat. Multos quidem his temporibus ſcimus qui beatis illis viris, quos ſanctos Eccleſia vocat, iniuriam faciunt, ꝗ eis

neć cultum honorémque tribuunt ipſi, nec aliis tribuendum cenſeant. Sed tamen vide quantum inter tuã & illorum amentiam interſit. Illi eos ſanctè vixiſſe concedunt, tu illorum neminem. Si enim Chriſto de ſingulari eximiáque Ioannis virtute dicenti, habere fidem non vis, cuius tandem vel de illo vel de cæteris dicétis aliquid auctoritatis apud te habebit oratio? Quòd ſi illorum omnium, atq; adeò Chriſti hoſtem te acerrimum profiteris, quem tandẽ te, qui ſemper à pueritia grauiſsimè peccans eorum patrocinio egueris, apud Deum patrem patronum habiturum eſſe confidis? Sed operæprecium eſt quò iſta illius amentia progrediatur, conſyderate. Illius iudicio Ioannes aliter, imò uerò cõtrà vixit, atq; Chriſtus profeſſus eſt. Quæ tandem oratió in libris

bris diuinitus ſcriptis ei vera videbitur, vt à primo qui Geneſis inſcriptus eſt incipiẽtes, ad vltimum qui Apocalypſis Ioannis dicitur, veniamus, cum totam illam in qua multis locis Chriſtus apud Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem de Iōanne dixit, falſã eſſe fateatur? Quæ quidem Chriſti oratio quanquam laudes tantas Ioannis continet, vt maiores nemo ei tribuere poſsit: tamen quoniã eum iſte illis veris laudibus ſpoliare conatur, nõ alienum putaui orationem quandam, quæ à me de eius laudibus iãdudum ſcripta eſt huic attexere. Quod idem Ioãne tã praua ſenſiſſe neget eámq; rem verborum ſuorum ſentẽtiam, de beato Luca multíſque aliis beatis viris hoc facilè perſuadebo. Hoc quidem loco cum vos omnes, Principes, impudentiſsimi impuriſsi-

míque hominis & audaciam com
primere & ſcel⁹ vlciſci debetis: tum
vel maximè tu Henrice rex poten-
tiſsime & clariſsime: omnes quod
vobis negligenda ſunt omnia, vt
Dei diuorúmque honorem digni-
tatémque retineatis, fortunæ, impe
ria, veſtráque ac veſtrorum ſalus &
dignitas: cum ipſe dicat, Qui amat
patrem aut matrem plus quàm me
non eſt me dignus, & quæ ſequun-
tur: tu porrò Henrice rex, quòd eæ
iſtius in Chriſtum & in Ioannem
contumeliæ quas modo expoſui, in
iis verſibus rhythmicis qui in illius
libro quem capitoli Italico ſermo-
ne, id eſt, capita ſiue epigrammata
id vt dixi inſcripſit, ad Franciſcum
regem patrem tuum ſcripti extant,
reperiantur. Videtur enim iſte cum
hæc ad patrẽ tuum ſcribit, quæ per-
ſpicuè Chriſti diuinitatẽ Ioanníſq;

dignitatem tollunt, non ſolum tuã cunctæque Galliæ tuæ religionem tentare, verum etiam de te tuáq; ac tuorũ & patriæ religione malè exiſtimare. Neq; verò adduci poſſum, vt hos ad patrẽ tuum verſus ab iſto miſſos, aut perlatos eſſe credam, ſed illum more eorum qui Epigrammata ſcribunt, hos ad illum verſus in libro ſuo addidiſſe quaſi eos ad eum miſerit, quò maior ipſius orationi tribueretur auctoritas. Scio enim & te & patrem regem pro ſumma veſtra in Deum diuóſque omnes religione, quàm primum diligentiá omem adhibituros fuiſſe: vt Veneti quorum in imperio iſte viuit, & apud quos plurimùm vales amicitia & gratia, de eo ſupplicium quo dignißimus eſt vel ſumerent ipſi, vel eundem ad vos primo quoque tempore vinctum mitterent. Quod fe-

ciſſes tum ſe reuiuiſces, id nūc dum licet, dum res etiam integra eſt perfice. Mihi crede nullum imperium eſt ex tot ac tantis, quibus Reſpub. Chriſtiana continetur, ad quod magis hæc cauſa pertineat, ſiue gloriā ſpectes, ſiue rationem habeas periculorum, quæ tuis imminent. De gloria quidem quę tibi in hoc quaſi certamine propoſita eſt, hoc verè poſſum dicere, nec Herculis, nec Catonum, nec Paulorum, nec denique Cæſarum triumphos cum eo qui te hoc loco manet, vllo modo eſſe conferendos. Ille enim monſtra ſuperáuit, tu eiuſmodi monſtrum vinces, quod illorum omnium immanitatē non æquat, ſed longè ac multùm ſuperat: quippe cum illa tantùm vitam corporis hominibus eriperent, hoc animi virtutes, quibus viuere dicitur. Hi verò eos homi-

nes

nes qui hominibus tantū bellum inferebant, vicerunt acq; ceperunt, tu de eo triumphum ages, qui Chriſti eiúſque diuorum ſe hoſtem acerrimum profitetur. Periculum autē quantum tuis impendeat, accipe. Galli plerique iam Italicè ſciunt, quo quidem ſermone iſtius Capricius aliíque libri ſcripti ſunt: cæteri non æquo animo eodem ſe carere patientur, cum illis quiſpiam primo quoque tempore ſit conuerſurus in Gallicum, niſi maturè ne id fiat prudentia tua prouiderit. Quapropter vt finem dicendi faciam, ſi iſte ea vita, quā nefaria libidine implicatam contaminatámque agit, & diſciplina quam illius libri profitentur. Leges omnes, diuinas humanáſque non ſolum violat, ſed etiam labefactat & abrogat quarum vos Deus cuſtodes, defenſores, vin-

dices eſſe voluit, nec ipſe tantùm improbus eſſe vult, ſed ſuo exemplo libríſque nefariis liberos, propinquos, & amicos veſtros. quos chariſsimos habetis, inficit atq; corrumpit, & in Chriſti diuinitatem, Ioanníſque dignitatem multa impiè & dixit, & ſcripſit: veſtrum eſt nunc demùm Principes, ſupplicia acerrima in eum exquirere, quibus illum digniſsimum eſſe cognoſcitis. Neq; enim vno aut leuibus contentus eſſe poteſt, qui ſe non modò legum, verùm etiam Dei hominumque grauiſsimum inimicum hoſtémque profitetur. Hoc à vobis Reſp. Chriſtiana cuius eſt iſte labes & quaſi naufragiũ, petit, ne ſe diutius illius ſcelere, imò verò colluuione flagitiorum turpitudinúmque omnium pollui & inquinari ſinatis. Eius ſuppliciis ſe priſtinam di-

gnitatem

gnitatem pulchritudinémque recu peraturam eſſe ſperat, cuius ſceleribus amiſit. Omnes boni, quos iſtius turpiſsima vita ſic offendit, vt nec ſermone, nec vſu cum eo coniungi velint, nec eum aſpicere ſuſtineant, vos vehementer etiam atque etiam rogant, vt tam horribile monſtrum de medio tollatis. Si horum omniũ preces vos non flectunt nec cõmouent ad miſericordiam, nec oratio mea ſatis odium veſtrum in iſtum cõcitauit, profecto videtur in Chriſtum, cuius hic honor agitur, vos amor impellere, veſtráque cum in diuos omnes tum in Ioãnem religio, hoc à vobis impetrare debet.

EIVSDEM PERIONII *de Ioannis qui βαπτιστὴς dicitur, laudibus, Oratio.*

MAximè vellem, vt tuas laudes, beate Ioannes tuáſque virtutes, quibus maximis, & plurimis renatus fuiſti cum hic eſſes, & pro quibus vt æquū fuit, à Chriſto optimo maximo ſummā gloriam quam nulla vnquam tempora obſcurare poterunt, es conſecutus, enumerare pro eo ac debeo, ne dicam ornare, poſſem. Tanta eſt enim earum magnitudo, vt vim & copiam dicendi vel clariſsimorum oratorum lōgè multúmq; ſuperet, ne dum facultas dicendi quæ in me eſt, ſi q̃ fortè eſt, ei ſit par futura: tanta rurſus tua in me vel merita vel beneficia adhuc extiterunt, vt omne

vitæ

vitæ meæ tẽpus in te laudando con
ſumere, omnem diligentiam, ope-
ram, induſtriã, ſtudium ad dignita
tem tuam tuendam & conſeruan-
dam conferre debeã, quod cum fe-
cero, nullam tamen partem immor
talium tuorum in me beneficiorum
videbor conſecutus. Quid ergo fa-
ciam loquor, an ſileam? Si loquar,
vereor ne cum indigna te tuáq; ma
ieſtate oratione vſus fuero, nimium
mihi ſumpſiſſe videar. Si taceã, ne
tot tantíſque tuis in me meritis ex-
tantibus, & inhumaniſsimus & in-
gratiſsimus omnium habear atque
dicar, non mediocriter pertimeſco.
Vtrumq; non mediocre eſt vitium:
& vitium etiã leuiſsimum ac mini-
mum ſemper fugiendum eſt. Si te
conſulam beate Ioannes hoc poſte-
ri⁹ ſcilicet dabis, omne etiã minimũ
vitium eſſe fugiendum. Alterum

ipſe do,& concedo, vel temeritatis me, vel ingrati animi vitiũ vtrũuis faciã eſſe ſuſcepturũ. Hic ſcrupulus animũ meũ magnopere torquet, eũ vt eiicias te vehemẽter etiã atq; etiã rogo. Nã qđ ad me attinet, malim ego ſaluo officio temerarius videri. Te aũt ſcio pro animi tui æquitate, rerũq; humanarũ infirmitate, ac imbecillitate nõ temeritatis vitio datu rũ eſſe qđ officij cauſſa piè ſtudioſéque præſtatur. Sic enim Deũ hoĩes ſancti & iuſti cũ laudãt nõmodò omni reprehẽſione carẽt, ſed etiã laudãtur ipſi. Tua igitur hũanitate fretus nõ mea temeritate duct⁹, de tuis laudib⁹ virtutibúſq; id dicã modò, quod vel angelus Dei, vel ipſe Chriſtus nobis ꝓdidit, quò maior rationi meæ habeatur fides. Itaq; peto à te ſupplex vt verba mea benignè audias. Cũ primorũ hoĩm culpa in eã

mi ſe-

miſeriã nati ſint.cęteri hoĩes vt & in matris vtero,& ſimul atq; in lucẽ editi ſũt peccati labe,atq; macula coinquinãtur.tu cõtrà,beate Ioãnes illi⁹ calamitatis Dei miſericordia expers fuiſti.Nã & in vtero beatiſsimę matris tuę Eliſabetę purgatus es à labe illa, & hãc lucẽ nunq̃ niſi ſanct⁹ mũdúſq; aſpexiſti. Itaq; cũ beatiſsima virgo & mater Maria concepto Chriſto matrẽ tuã vt ei ſalutationis officiũ p̃ſtaret inuiſerat,tu inter materna viſcera ſpiritus ſãcti donis ad illuſtratus es , vt geſtiẽs prę gaudio ipſi Chriſto Deo tuo honorẽ debitũ haberes. Prędixit etiã patri tuo Gabriel Dei archẽgel⁹,fore vt multi ex tuis nataliciis magnã ſuſciperẽt voluptatẽ,quod ad hũc vſq; diẽ p̱manſit : atq; vt paucis cõplectar multa, tu beate Ioãnes ab archãgelo prædict⁹ es, quaſi Dei oraculo anteq̃ nat⁹

eſſes, aut cōcept' q̃ magn' futur' eſ-
ſes: tu parētib' clariſsimis atq; opti-
mis natus eſſes, Zacharia & Elizabe
ta ídq; cū ſpes eis nulla eſſet gignēdo
rū liberorū. Tu à primo ortu vt pa
tri vox qua ad eū diē ꝙ archāgelo te
fore prędicēti nō crediſſet præma
tus fuerat, reſtitueretur, à Deo impe
traſti: ꝓ virtutibus tuis Deus ꝓphe
tiæ donū parētibus tuis largitus eſt.
Quid dicā de vita illa tua quā in ſo
litudine ab initio ætatis ad id tēpus
quo iā virtutes tuę occultari nō po-
terāt, duriſsimā, incultiſsimāq; tra-
duxiſti. Quā dura fuerit hinc intel-
ligi licet, qđ pilis camelinis, zonáq;
pellicea cōtētus nihil cibi prętcr lo-
cuſtas ibi mélque ſylueſtre cepiſti,
quā autē inculta & ab humana quā
agim' aliena fuerit, argumēto eſt, ꝙ
hoiēm vidiſti nemine ad eū vſq; diē
cū tu angelus domini, vox clamātis
in ſo-

in ſolitudine viã Chriſti quaſi prę-
curſor paraſti atq; muniſti. Quanto
porrò animi robore atq; cõſtãtia fu
iſti? qui Pharisæorũ Saducæorũq; vi
tia & ſcelera nefaria non dubitabis
reprehẽdere? Quãta cõcionandi ac
dicẽdi facultate rerũq; diuinarũ ſciẽ
tia præditus fuiſti? qui tot hoiẽs ad
fidẽ Chriſti quẽ fore paulò pòſt prę
dicebas cõduxeris? ad fidẽ cõductos
de peccatis cõfiteri coegeris? cõfeſ-
ſos baptiſmo tuo expiaueris? Quo-
circa illi oẽs cũ eas virtutes quas in
te perſpicerẽt, nõ humanas, ſed di-
uinas eſſe intelligerẽt, nũ tu Chriſt⁹
eſſes planè dubitarẽt. Quod ipſe ti-
bi, cũ facilè poſſes, nõ vẽdicaſti, ſed
& quis eſſes: ſummiſſè te gerens, &
quis Chriſtus eſſet, ingenuè cõfeſſus
es. In quo officiũ teſtimonij ad qđ
de Chriſto dicẽdũ miſſus à Deo fue
ras, pręſtitiſti. Sed vereor beate Ioã-

nes ne in tuis laudibus enumerãdis ſim lõgior. Itaq; finẽ faciã, ſi de ſumma præſtãtia atq; dignitate tua pauca dixero. Si te beate Ioãnes ꝓphetã dicã, id dicã quod eſt infra dignitatẽ tuã. Si te ꝓphetis anteponã, id faciã quod Chriſtus ipſe fecit. Prophetæ enim Chriſtũ vẽturũ eſſe multis antè ſeculis denũciauerũt, tu Chriſtũ digito pręſentẽ mõſtraſti, cũ à te lauacro quod ipſe tactu ſuæ ſanctiſſimę carnis ſacroſanctũ fecit, lauari voluit. Es enim Chriſti, id eſt, Dei atq; hominis baptiſta, nec eius ſolũ quod eſt ꝑfectò maximè dignitatis ſed eius etiã apoſtolorũ diſcipulorúmq; plurimorũ. Sed vt fit ferè, gloriã inuidia cõſecuta eſt. Quorũ vitia, vt ab iniuſto vitę genere reuocares, carpebas, ij tibi mortẽ pararũt. Nã cũ illis tot támq; p̃claris cõcionibus omniũ ſcelera, flagitia, peccatáque

táq; reprehẽderes, Herodíſq; regis
cũ vxore Philippi fratris ſtuprũ di-
cam, an inceſtũ, an libidem effrenẽ
carperes, tu ab eo in vincula conie-
ctus, tãdẽ libidini puellæ ſaltatricis
quæ caput tuũ imperio impudicæ
matris depopoſiſſet deditus fuiſti.
Quod ſi maximã à Deo gloriã cõſe
cutus eſt vnus aliquis ꝓpheta, apo-
ſtolus, martyr, cõfeſſor, atq; virgo:
q̃ta tua eſt, qui eorũ omniũ virtutes
vnus cõplexus es? tu enim ꝓpheta.
Imò verò plusq̃ prooheta: tu apoſto
lus, tu martyr, tu cõfeſſor, tu deniq;
virgo extitiſti. Quæ cũ ita ſint per
ego te gratiã qua in maternis viſce-
ribus ſanctus, mũdúſq; effectus es,
rogo & obteſtor beate Ioãnes, per il
lud gaudiũ, quo cõpletus es in aluo
matris tuũ, cũ Chriſtũ dominũ tuũ
honore debito affeciſti, per illã læ-
ticiã q̃ cum tota Iudæa, tũ parẽtes

tui in tuis nataliciis affecti ſunt: per illam vitã quã horridã & incultã in ſolitudine egiſti, per illas ſacroſanctas cõciones tuas, q̃bus tot homines ad Chriſtũ conuertiſti, per illud beneficiũ quo te Chriſtus affecit, cũ à te baptizari voluit, per deniq; vincula, & mortẽ quam pro veritate libenter pertuliſti, precor, oro, & obſecro, vt me cæteróſq; oẽs qui te colimus atq; veneramur in gratiã reducas cũ Chriſto quẽ digito mõſtraſti, quẽ baptizaſti, cuius præcurſor fuiſti, apud quẽ plurimum gratia & amicitia vales, reductum in gratiã, cuſtodias, & munias, munitóſque per omne vitæ tempus in Chriſti, eiúſque matris cæterorumque beatorũ famulatu retineas, vt vitæ huius decurſo ſpacio gloriam ſempiternam conſequar.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE